



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

Antipharmacum.

Vt alibi, ita & in effectibus sacramentorum Lutherus versatilem Vertumnū egit; nam aliquando docuit sacramenta nouæ legis nō habere ullam efficientiam respectu gratiæ, sed esse nuda signa; mediætè tamen aliquid efficere, nempe quatenus excitant vel alunt fidem, quæ homines iustificat. Postea videri voluit Lutherus ab hac sententia recessisse; & recessit, si verba spectes; non recessit, si mentem. nam in Homilia de Baptismo tom. 7. lat. Witeberg. ita scribit: *Ad hoc institutus est baptismus, ut nobis seruiat, nobis proficit, nobis donet, nō aliquid carnale, vel corporale, sed aeternam gratiam, aeternā munditiam & sanctitatem, aeternam vitam.* Verba hic admodum orthodoxa audis, & quæ articulum illum funditus prosternant. Sed latet anguis in herba: nam hæc omnia à baptismo, nō nisi mediætè proficiunt voluit, ratione scilicet fidei à baptismo excitatae vel alitæ. Vide Bellarminū lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 2. 3. & aliquot seqq. vbi sectariorū de sacramentorum effectibus deliramenta copiosissimè refellit.

Quæritur XI. Quid Zwinglius de effectis sacramentorum sentiat. Respondeo, hoc satis superque intelligi ex libro eius de vera & falsa religione, cap. de Sacramentis, vbi ita scribit: *Sunt sacramenta signa vel ceremonia, paces amen omnium dicam, siue Neotericorum siue veterum; quibus se homo Ecclesiæ probat aut Candidatum aut militem esse Christi, reddunt q[uod] Ecclesiam totam potius certiorem de tua fide,*
quam te.



Anti-